

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svvmorvm Pontificvm
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae VsVm post
volumina Iuris CanoniciS, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.
D. Pavlvm Papam V. emanarunt**

Quaranta, Stefano

Venetiis, 1619

Archiuss.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10793

Martii 1585. In festiuitate Sanctorum Quadragesima martyrum familiæ meæ
Protectorum; est. n. in honore hic numerus, ut legitur in lectionibus istorum San-
ctorum.

Archiepiscopos autem his, & alijs auctoritatibus in casib. a iure permisso ex-
pressis vtendo, monco esse memores de dicto Apostoli (vt non dominantes in
Clericum) relato a Gratiano in c. quia. 10. q. 3. & legitur in epistola in festiuitate
Sancti Apollinaris die 23. Iuli.

Fuit autem iste Tractatus deinde Neap. Impressus in anno 1586. simul cum
alio tractatu, sic inscripto de Concilio Provinciali, & auctoritates Archiepiscopi
in suffraganeos, eorumque subditos, & in tota Provincia tractatus auctore Ste-
phano Quaranta V. I.D. Canonico Neapolitano. &c.

Cōgruit
tit. de
off. ordi-
narij.

A R C H I V V S.

P R A E T E R Summiſtas ſciendū eſt, quod bonorum ecclesiasticorum Archiuū
pienentur facere Prælati in eorum diocesib⁹, & admiſtratores ecclesiastic⁹
ex Conſtitutione Sixti V. incip. Proutida.

Romani Pontificis circumſpectio, & inſtra. Mandantes vniuersis, & ſingulis
Patriarchis, Primatebus, Archiepiscopis, episcopis, Abbatibus, alijsque Prælatis,
& Prædientibus ecclesiastic⁹, Monasteriorum, vniuerſitatum, collegiorum, &
Præceptoriarum maiorum, ac ſimilium ecclesiasticarum dignitatum quoquenque
nomine ceneſantur, ſæcularium, & quorumuis ordinum, ac militiarum regulare-
rium, nobis, & Sedi Apostolicae immediate ſubiectorum, ſive nullius ſint Dioces-
is, ſive alias quomodolibet exempta exiſtant, dum tamen ordinariam in ſubdi-
tos, aut quaſi episcopalem iurisdictionem, de iure, conſuetudine, aut priuilegio
haebant, aut exerceant per Italiam conſtitutis, vt loco Arbitrij generalis ecce-
liſtici ſui per nos ſuppreſſi, ipſi & eorum vniuſquisque qui haec tenus inuen-
taria huiusmodi non confecerunt, debeat omnino intra annum, a die quo præſentes
noſtræ ad eorum noſtiā peruenient, omnium, & quorūcumque bonorum im-
mobiliū, censuum, canonum liuellorū, pteuētū annuotū iurium, iurisdi-
ctionum, ac priuilegiorum, & ſcripturarum quæ eis eorumque arbitrio a nota-
tione digna videbuntur Eccleſias, monaſteria, collegia, vniuerſitates, Præcepto-
rias maiores, & dignitates, quibus ipſi reſpective præſunt pertinētum, & in
quorū poſſeſſione exiſtunt inuenſtaria diligenter confiſcere, & deinde quicunque
eorum in regimine, ſeu admiſtratione ecclesiastic⁹ monaſteriorum, collegiorū
vniuerſitatum, & Præceptoriarum maiorum, ſeu in dignitatibus huiusmodi ſuc-
ceſſores: fuerint, ſimiſi ita annum a die habiēt poſſeſſionis ſimilia inuenſtaria de-
nouo confiſcere, ſeu renouare teñantur. Curēt præterea ſine villa impensa graua-
mine, ea autem aut ſolutione ſuorum ſubditorum per omnes, & ſingulos, qui vel
eorum iurisdictioni quomodolibet ſubiecti ſunt, vel in eorum Ciuitatibus, Dioc-
esib⁹, & diſtrictib⁹, reſpective exiſtunt, etiam ſi exempti, & pariter nobis, ac di-
cta ſedi immediate ſubdiſtelle noſcuntur, Abbates, Prepolitos, Prior es, Vicarios
Guardianos, Abbatiffas, Prioriffas, & cuiuscunque ecclie, vel pii loci ſecu-
lare, vel regularē, & alios quoquenque titulos, & nomine præfectos viriusque
ſexus bona ſtabilia, iura, census, redditus, & prouentus quomodolibet poſſiden-
tes, ceteraque personas ecclieſticas quoquenque dignitates, personatus admi-
nistraciones, vel officia, aut beneficia ecclieſtifica cum cura, & ſine cura ſecu-
lares, & quorūm ordinum regularia in quibusvis, ecclieſis, ſeu ipſas pa-
rochiales, aut alias ecclieſias in utulum, vel commendam, aut alias quo-
modolibet

modolibet obtinentes; Praeceptores quoque minores, & alios qui beneficia quārumcunq; militiarum obtinent, denique per omnes, & quoscumque administratores, Rectores, Custodes, officiales, operarios, & quocumque nomine nuncupatos superiores quorumcunque hospitalium, Sodalitatum Confraternitatum, Seniiorū, Montium pietatis, collegiorū studiorum generalium, fabricatum ecclesiarū, & piorum vel religiosorum locorum, etiam quæ per laicos, seu clericos coniunctim, vel diuīsim regi, aut gubernati solent per modernos quidem int̄ta eundem annum, ut praeferatur, eorum vero singulorū pro tempore successores et intra annum, ut dictum est, inventaria huiusmodi bonorum, ac aliorū supradictorum quæ eorum curæ, seu administrationi commissa sunt, similiter accurate, & diligenter confici; & ad se deferri, eosque ad id per censuras & paenam ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remodijs sibi bene visa cogant, & compellant, ac demum inventaria omnia praedita tam a seipso, quam ab alijs confessi similiter gratis, & sineulla etiā minima impensa aut exactione in loco conseruo ad id deputatio, ac tuto, & bene clauso reponat, atque perpetuo custodiant, & conservent, laudabilemque hanc consuetudinem, ubi iam viget, prosequantur, ubi vero non est, quam primum introducant.

Romæ die 8. Iunij 1587.

Et per hanc Constitutionem determinatur quæstio disputata per Abb. in sua q. 3. dub. 4. sub num. 16. & per Couar. in c. 1. de testa. vñ. 9. An episcopus, seu Praeclarus teneatur facere Repertorium, seu Inventarium rerum ecclesiæ. De hoc Archiuo faciendo fuit prouisum per multa Concil. Prouin. Metrop. præsertim per Neap. sub tit. de visita. §. quoniam fol. 60. Et omnes beneficiati teneantur facere Inventaria, & maior ecclesia tenetur habere Archiuum ubi collocari debent Pau. de visita. par. 2. q. 3. Fuscus de visita. cap. 15. num. 33.

ADDITIONE. Archiuus est locus in quo reponuntur scriptura publica quem armarium librorum appellat glossa in clem. unica in ver. Archiuis de iure iurant in quo tex. & in c. peruenit. 30. q. 1. fit mentio de Archiuis Sanctæ Romana Ecclesiæ, & nota quod quilibet ciuitas debet habere archiuum publicum, & Cameram actorum in quo reponantur acta, & instrumenta publica ut facilius innuantur, ac incorrupte seruentur tex. est nota in auth. de defenso ciui. §. pen. ver. præcepta. ubi gl. etiam ponit qualiter vocetur præpositus archiuo publico. & quod faciat fidem instrumentum productum ex publico archiuo habens publicum testimonium, est text. in auth. ad hæc. C. de si instru. in l. cœsus ff. de probat. in l. moris §. solet ff. de paenit. Grau. cons. 602. nu. 2. lib. 4. & quando dicatur habere publicum testimonium ultra gloss. ibi declarat Abb. in c. ad audientiam, de præscrip. & ad prædicta vide etiam Innoc. in c. 1. de procura. & Quintil. Mandos. super glo facult. §. Habita. in ver. Archiuij.

ASTROLOGIA IUDICIARIA.

PRAETER Summistas sciendum est, quod contra exercentes Astrologia iudiciaria artem, & alia quæcumq; diuinationum genera, librosque de eis legentes, ac tenentes, extat Sixti V. Constitutio Romæ publicata die 9. Ianuarij 1586. & alias Neapoli impressa, Incip. Cæli, & terræ creator Deus, & infr. fol. 51. in Bulario.

Kac